

corpore in pago renensi in monasterio laurissamensi super fluuio Wiscoz ubi uenerabilis Gundelandus abba preesse uidetur, hoc est in *pago wormat. in Bermersheim* 5 marca uineam unam, perpetualiter ad possidendum stipulatione subnixa. Actum in monasterio laurissamensi sub die et tempore quo supra. S. Hildegundis que hanc donationem fieri rogauit. Samuel scripsit.

1046. (Reg. 370.)

Venditio<sup>a)</sup> Vichonis.

Hand G.  
Karoli regis.  
Gundel. abbas.

Domino fratri Gundelando abbati de monasterio Laressam Vicho<sup>1)</sup> uenditor. Constat me uobis uendidisse et ita uobis uendidi tam mansis campis pratis in *pago wormatiense in Bermarsheim* marca totum et ad integrum et quod Ada<sup>2)</sup> michi tradidit et accepi a uobis in precio dimidiam libram et ipsam rem denominatam pre- 5 sentialiter uobis tradidi possidendam tenendam donandam c(om)mutandam, stipulatione subnixa. Actum in monasterio Laressam sub die et mense novembre anno primo regni Karoli regis<sup>e)</sup>. S. Vchonis<sup>3)</sup> qui hanc uenditionem fieri rogauit. Samuel scripsit.

768 Nov.

1047. (Reg. 1656.)

Commutatio<sup>a)</sup> Heriwici.

Karoli magni.  
Helmer. abba.<sup>b)</sup>

Venerabili in Christo patri Helmerico abbati ego Heriwicus<sup>e)</sup>. Conplacuit nobis atque conuenit ut aliquas res congruas concambiare debuissimus quod ita et fecimus. Dedit igitur Heriwicus Helmerico abbati ad partem sancti Nazarii in *Bermarsheim* marca in *pago wormat.* uineas in locis septem sicut missis ipsius consignatum fuit. 5 Econtra dedit Helmericus abb. uineas sancti Nazarii in *Bergeheim*<sup>1)</sup> marca in monte qui dicitur *Govinberg*<sup>1)</sup> uineas in duobus locis, ita ut ex utraque parte inconuulsa et iniuolata permaneant<sup>e)</sup>. Actum publice in uilla *Bermarsch.* sub die II nonas februarias, anno XIII regni Karoli regis. S. Heriwici<sup>1)</sup> qui hanc kartam fieri rogauit. Ego Hornung scripsi.

782 Febr. 4.

1048. (Reg. 1848.)

Commutatio<sup>a)</sup> Hucberti.

Karoli magni.  
Helmer. abbate.

In dei nomine bone pacis studio placuit atque conuenit inter uirum illustrem Hucbertum et uenerabilem uirum Helmericum abbatem ut inter se aliquam rem congruam comm[u]tare deberent quod et ita fecerunt. Dedit igitur prefatus Hucbertus in *pago wormat. in Bermersh.* marca I mansum et unam uineam<sup>1)</sup>, econtra Helmericus 5 abb. dedit in ipsa marca de ratione sancti Nazarii I mansum et unam uineam, ita ut uterque quod accepit habeat et suis posteris relinquat perpetualiter ad possidendum stipulatione subnixa. Actum in uilla *Oppenheim* sub die VIII idus ian., anno XVI regni domni nostri Karoli regis. S. Hucberti qui hanc donationem fieri rogauit. Grimharius scripsit.

784 Jan. 6.)  
Bl. 89.

<sup>a)</sup> Donatio. <sup>b)</sup> Gundel. abb. ist abgewaschen.

<sup>e)</sup> Ohne Satzzeichen. Andererseits setzt hier G (wie auch L) gelegentlich Punkte vor und hinter die Namen (1019 Betho., 1021 Guntbertus., 1028 .Laressam., 1031 .Gundelandus., 1033 Thetroh., 1039 Sauilenheim marca., 1046 Bermarsheim marca. u. ä.), selbst wo sie den Sinn stören wie 1054.

1046] <sup>1)</sup> u. <sup>3)</sup> Zu Ucco (Förstemann<sup>2</sup> 1472) oder zu Wicho (1577 f.)? Vgl. Wic- oben 1029.

<sup>2)</sup> Vgl. 1098 Spiesheim; 1813 Wendelsheim; 1645 Gimsheim. Also wohl B. n. Alzey.

1047] <sup>1)</sup> 1044.

1048] <sup>1)</sup> Vinea u. 6 (statt 8) Jan. im Regest zu ergänzen.